

11.

Kaiser Otto I. erklärt, daß er den Bischof Adalbert zum Erzbischof von Magdeburg ernannt habe, fordert Bischöfe und Grafen auf, bei der von diesem zu vollziehenden Weihe der Bischöfe von Merseburg, Zeitz und Meissen zu erscheinen und weist namentlich die Markgrafen Wigbert, Wigger und 5 Günther an für anständigen Unterhalt der genannten Bischöfe Sorge zu tragen. [968 Okt. Nov.]

Hdschr.: Or. Perg. Geh. Staatsarchiv Berlin.

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. I. 2, 10. Stumpf 460.

Ann.: Die Urkunde ist nach der Synode von Ravenna (968 Sept.) und vor Weilmachten abgefaßt. Vergl. Einl. 8 Anm. 5 und 8, 154 Anm. 245, 171 Anm. 11, 172. Anm. 25—27. S. A. 11 Anm. 5, 13 Anm. 8, 289 Anm. 245, 314 Anm. 11 und 317 Anm. 25—27.

:In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto divina favente clementia imperator augustus. Omnibus fidelibus nostris episcopis scilicet et comitibus ceterisque com-
 provincialibus: | nostris aeternam in domino salutem et omne bonum. Quoniam augmen-
 tum divini cultus salutem et statum esse regni vel imperii nostri credimus, idcirco cunctis,
 15 quibus posse | suppetit modis, hoc amplificare tendimus et desideramus. Igitur Magada-
 burgensi civitate, sicut omnium vestrorum novit caritas, archiepiscopalem sedem fieri
 desiderantes, oportunum etiam | nunc temporis ad hoc peragendum tempus inveniendes
 consilio venerabilis archiepiscopi Hattonis et Hildeuuardi episcopi ceterorumque fidelium
 nostrorum, virum venerabilem Adalbertum episcopum Rugis olim predicatorum destina-
 20 tum et missum archiepiscopum et metropolitanum totius ultra Albiam et Salam Sclauo-
 rum gentis modo ad deum conversum vel convertendum fieri decrevimus pariter et elegimus,
 quem et Romam pro pallio a domno papa suscipiendo direximus. Et ut hec nostra
 electio firmior et subnixior fiat, eum vestre caritati dirigimus et, ut a vobis omnibus et
 vocum acclamatione et manuum elevatione electus sue sedi inthronizetur, omnimodis
 25 desideramus. Ne vero hec ejus electio vel inthronizatio futuris, quod absit, temporibus
 aliquorum valeat invidia molestari, tres ab illo episcopos, unum Merseburgo, alterum
 Citice, tertium Misne, in presentia legatorum domni pape et vestra volumus ordinari, ut
 hec eadem presentia vestra ante deum et sanctos eius intentionis nostre sit testis futura.
 Et quia vir venerabilis Boso multum iam in eadem Sclavorum gente ad deum convertenda
 30 sudavit, inter Merseburgensem et Citicensem aecclesiam, quam velit, electionem habeat,
 altera vero secundum convenientiam^{a)} nostram in dispositionem archiepiscopi nostri
 cedat. Vos autem marchiones nostros Vuigbertum scilicet, Vuiggerum et Guntherium
 fidelitate nobis debita obtestamur et admonemus, ne quid in hac ordinatione archiepi-
 scopo nostro in vobis obsistat, sed secundum dispositionem nostram et suam, ut vobis
 35 dixerit, fiat et quicumque ab illo audieritis, nos velle sciatis. Ne vero idem episcopi, qui
 ordinandi erunt, pauperes et villanis similes estimentur, volumus caveatis, et consilio
 archiepiscopi et eorum, qui cum illo in natale domini erunt, episcoporum et comitum, qua-
 liter sustententur, inveniatis. Quicquid enim illis impenditur pro nostra deo salute offertur
 vestraque pro hoc merces apud deum non minorabitur. Super hec domni episcopi Dudo

40 ien
 11. a) conuentiam.